



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

CXIX. Karoli III. Imperatoris praeceptum pro Ecclesia Gerundensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

tatem de ipsis perticas contra ipsum putem a partibus Circi, & Stremirus Archipresbyter similiiter alia medietate contra villa Vlano a partibus meridie. Et tunc convenit inter praedicto Episcopo & jamdicto Andrea ut unusquisque teneat & possideat usque ad ipsas petras fictas per illorum villas divisione judicent atque defendant & securi possideant quisque in perpetuum quieto ordine. Tunc apertum fuit ut unusquisque haberet exinde notitiam de ipsis res suprascriptas firmatas atque robortatas sicut & est, & gaudeat se unusquisque in nostro mallo suam concepsisse justitiam. Data notitia sub die decimosexto Kalandis Iunij anno tertio quod obiit Ludovicus Rex.

## C X I X.

*Karoli III. Imperatoris preceptum pro Ecclesia Gerundensi.*

An. 887.  
Ex codice  
chartula-  
rio.

**I**n nomine Domini Dei æterni & salvatoris nostri Iesu Christi. Karolus divina propitiante clementia Imperator Augustus. Si erga loca divisionis cultibus manipulata. Deoque in eisdem famulanticibus beneficia opportuna largimur, premium remuneracionis æternæ ob id nobis rependi non diffidimus, quin etiam ad diuturnum felicemque regni nostri idipsum stabilitatem pertinere nullatenus dubitamus. Igitur notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris presentibus scilicet & futuri quia venerabilis Theotaurus Gerundensis Episcopus ad nostram accedens clementiam deprecatus est imperialem celsitudinem nostram quatenus ipsam Ecclesiam & sedem Gerundensem sub immunitatis nostra tutione fulciremus, sicut Karolum Imperatorem solumque filium Ludovicum antecessorem nostrum confusat fecisse. Cojus precibus libenter adquiescentes praecipiendo jubemus ut nullus judex publicus vel quislibet ex judicaria potestate in Ecclesiæ, aut loca, vel agros, seu reliquias possessiones quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra dicti regni nostri iusti vel legaliter memorata tenerat atque possidet Ecclesia, vel ea quæ deinceps à catholicis virtutis divina pietas in iure ipsius Ecclesiæ voluerit augeri, ad causas audiendas, aut freda vel tributa exigenda, aut mansiones vel paratas facendas, aut fideiſores tollendos, aut homines ipsius Episcopi vel Ecclesiæ tam ingenuos quam servos vel francos super terram ipsius commanentes vel iusti vel iniusti distingendos, nec ulla redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris videlicet vel futuri temporibus ingredi audiat, seu etiam ea quæ superiori memorata sunt penitus exigere præsumat; sed licet memorato Præsolus suis successoribus res praedictæ Ecclesiæ cum omnibus sibi subjectis sub immunitatis nostra defensione quieto ordine possidere & nobis fideliteſer vivere. Concedimus etiam eidem venerabili Episcopo suaque Ecclesiæ & per hoc preceptum nostræ autoritatis confirmamus villam quæ vocatur Olianus & aliam villam quæ vocatur Cacavianus, & castellum Vellofo cum castellare suo, & in comitatu Empuritanensi vel in

Gerundense cellam sancti Clementis, & cum Petra alta, cum vineis & filvis & cum omnibus terminis suis atque arcas suas, & villam Parcetes Rufini, atque castellum fractum, & medietatem de villa Molleti, & villam Fontedictus, & villam sanctæ Marie quam vocant Fontaneti, & palatium Muroris cum omnibus villaribus, & villam Cacciano cum suis villaribus, & illum plantatiū Gondemari Episcopi, & vineas veteras quas Castellanus Presbyter & parentes sui & alij ceteri homines traxerunt heremo, & villarem Faram cum aliis villaribus ubi Adalardus Presbyter maneret cum terminis suis. Largitur etiam nostra clementia ad supra dictam sedem sanctæ Marie vel sancti Felicis martyris Christi pro remedio animæ nostræ vel praedecessorum parentumque nostrorum in supra dictæ comitatu Gerundense villam quæ vocatur Elzeda cum omnibus adjacentiis suis, hoc est, ab oriente per semitam que pergit usque ad ribam fractam, a meridie autem à cruce usque ad Iohanneto, & de lepentrione per rivulum qui vocatur vallis ureca, & pervenit ad sanctam Columbam usque ad aliam ripam alvei, & aliam villegiam in jamdicto comitatu quam vocant villam tabiosam cum terminis suis, & in comitatu Bisfeldunensi villam Crespiano & Miliaris & villam Bachara cum suis villaribus, necnon & arachas ac villes quæ dicitur Spedulias, & aliud villare quod nominatur Abdrami, pariter cum aliis diversi villaribus quæ appellantur Terratellas & Cassianolus, ac villare Acmiton, & in comitatu Petralatensi villam quæ dicitur Pharus. Et adhuc etiam celstudo atque magnificientia nostra concedit iam supra dictæ Ecclesiæ beate Marie virginis atque sancti Felicis martyris Christi pro amore Dei facinormaque nostrotum remissione in supra dictæ comitatibus, id est, Gerundensi, Bisfeldunensi, Petralatensi, atque Impuritanensi, omnem medietatem de palcaris & teloneis mercatorumque terre & maris mercatisque omnibus. Ipsi vero homines qui in supra dictis villis habitant vel habitatuti sumi tale obsequium vel tale servitium supra dicto Episcopo vel successoribus suis faciant vel servant quale ad Comites nostros facere confluverunt tam Hispani quæ ceteri, & nullum alium censum vel servitium ullo unquam tempore ingerere quis praefumat. Volumus etiam ut licet memorato Episcopo suisque successoribus res supra dictæ Ecclesiæ & a nobis ei collatas seu condonatas & alias quacunque sibi pertinentes quieto ordine possidere & nostro imperio fideliteſer parere & pro nobis conjigisque ac totius populi Christiani salute Domini misericordiam jugiter extorare. Et ut hac auctoritas donationis atque confirmationis nostra per curricula annorum inviolabilem atque inconvulsam in Dei nomine obincam firmatatem, manu propria subter eam firmavimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

*Signum Karoli piissimi Imperatoris.*

Amalbertus Notarius ad vicem Leutardi recognovit & subscripsit.

Datus Kalendis Novembbris anno secundo imperante Karolo piissimo Imperatore in Gallia, Indictione sexta.

Aetum Parisius urbe in Dei nomine feliciter.  
Amen.

## C X X.

*Ermengardis Comitissae Ceritanensis donationem ad Olibam Comitem virum suum.*

An. 888.  
Ex charta  
lario mo-  
nasterij A-  
rulenensis.

**I**N nomine Domini. Ego Ermengards Comitissa donator sum tibi viro meo Oliba gratia Dei Comes. Manifestum est enim quia placuit in animis meis & placet, nullius cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria spontanea mea elegi cum Deo ut tibi supra scripto viro meo donationem fecisset de aliquid de proprietate mea, sicut & facio. Dono namque tibi laudem meum vocatuum nomine Cultiva, qui est in pago Helenense, in comitato Valle Asperi, cum ipsa Ecclesia sancta Maria qui ibidem est, cum decimis & primicis suis & oblatione fiducium, cum suo cimiterio, & cum ipsas domos qui sunt circa ipsam Ecclesiam, cum illarum exios & regressios eorum. Et dono tibi ipsum meum laudem qui est in pago Helenense, in comitato Valle Asperi. Et etiā iamdiū alaudes casas, casalibus, curtis, curtalibus, terris, vineis, pratis, pacuis, hortis, hortalibus, molendinis, cum illorum caput aqua, silvis, garrylicis, aquis, aquarumve ductibus vel reductibus, arboribus fructuosis vel in fructuosis, cum exios & regressios eorum. Et afrontat ipse alaudes de parte orientis in terminio de ipsis hortis vel de Mazanet, de meride in in Villa Rubia, de occiduo in terminio de Serralonga vel in Montenegro, de Circi in terminio de ipso Frexano vel in gurgo Muio. Quantum infra istas afrontationes includunt, sic dono tibi iamdiū alaudes cum ipsa Ecclesia ab integrè, ut quicquid exinde facere vel judicare volueris, libera in Dei nomine habeas potestatem. Quod si ego donatrix aut ullusque homo qui contra hanc donationem venerit ad intrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat omnia superius scripta in duplo cum omni sua immelioratione, & inantea ista donatione firma permaneat omnique tempore. Facta donatione x v t. Kal. Mart. anno primo regnante Hugone Rege. Signum Ermengardi Comitissae quae hanc ultam donationem fecit & testes firmate rogavit. S. Vvifredus. S. Seniofredus. S. Adalbertus. Pichlamirus Presbyter qui hanc ultam donationem scriptis sub die & anno quo supra.

C X X I.  
*Odonis Rex Francorum preceptum pro  
monasterio Solemniacensi.*

An. 888.  
Ex schedis  
V. C. Iaco-  
bi Simoni-  
di.

**I**N nomine Dei summi & æterni Regis. Odo gratia Dei Rex. Quandocunque servorum Dei nostrorumque fidelium justis & rationabilibus efflagitationibus aurem celsitudinis nostra allenus præbentes accommodamus, regiae maiestatis consuetudinem studemus, ac per hoc præmia æternae felicitatis facilius nos adepturos nul-

## Appendix

Iatenus dubitamus. Idcirco notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris praesentibus sive futuris quia venerabilis vir Teodericus Abba ex monasterio Solemnia olim constructo ab Elegio Noviomagensi Episcopo tempore Dagoberti glorioissimi Regis Francorum, posito super fluvio Brivincia, quod iamdictus Pontifex in honore sanctæ Dei genitricis Mariae sancti que Petri atque omnium Apostolorum, Dionysij sociorumque ejus, atque Pancratij, Crispini & Crispiniani, & sanctorum confessorum Hilarij, Martini, atque Medardi, ad nostram accedens reverenter clementiam deprecatus est ut idem monasterium cum omnibus hominibus & villis vel rebus sibi iuste legaliterque pertinentibus, simul etiam cum his quæ divina pietas per suos quoque fides eidem monasterio augere voleret, sub nostra immunitatis tutione ac defensionis praetextu recipere dignaremur. Cujus precibus clementi favore annuimus. Quin etiam hoc magnitudinis nostra præceptum speciali conditione fieri jussimus; per quod præstatum monasterium, veluti præmissum est, cum omnibus rebus sibi pertinentibus sub nostra immunitatis tutione suscepisse universi fidelibus nostris notum esse volumus; præcipientque jubemus ut nulli licet fideli Dei atque nostrorum præsentibus vel futuris temporibus idem intrare monasterium vel in quamlibet sibi pertinentem villam aut agros seu filias ad caufas audiendas, aut iudicia publica terminanda, aut paratas facientes vel exigendas, aut manionaticos vel paraveredos vel ullam quamlibet redibitionem exigendam. Sed quicquid ex monasterio rebus exigi potest, Abbatibus & monachis in eodem loco Deo servientibus proficiat in stipendiis augmentis. Statuimus interea ut habentem monachi in eodem loco Domino famulantes secundum patris Benedicti regulæ institutionem omni tempore ex se ipsis eligendi Abbatem, ac nulli licet aliquando ex rebus ejusdem Ecclesie quicquam illis subtrahere vel minuere, aut homines sibi pertinentes vel super terram ipsius commanentes inquietare, distingere, aut fidei iustos tollere. Sed omni tempore rectoribus & monachis frequenter dicti monasterij quicquid ex eis esse potest profit in erogationem, & animæ nostræ proficiat ad liberationem. Haec namque si quis nostra bona voluntatis sancta delere conatur, tali eum Dominus feriat uitione quatinus nullo modo suam vindicet voluntatem, qui hanc nostram infringere voluerit auctoritatem. Ut autem hac nostra munificentia auctoritas omni tempore inviolabilis & à nobis ac succè floribus nostris observetur, manu nostra eam subter firminus, & de anulo nostra sigillari fecimus.

Signum Odonis glorioissimi Regis.  
Trohannus Notarius ad vicem Eblosis recognovit.

Data Idus Iunias anno incarnationis Domini  
ccccxviii. Indictione v. anno secundo  
regnante domino Odone Rege glorioso.

Aetum monasterio sancti Maximini in Dei nomine feliciter. Amen.

